

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

M ante E

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

per laborem Plurimum circa nemus, uvidique Tyburis ripas operosus parvas carmina fingo. & Cacumina Matina, Idem E. pod. 16. quando Padus Matina laverit cacumina.

Matium, Crete insule oppidum est, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Matroas, *ματροας*, olim vocabatur Danubius, ut supra dictum est.

Matthæus, *ματθαίος*, Nomen viri proprium.

Matrinus, *ματρινος*, Fluvii nomen in Piceno, non procul ab Adria urbe: de quo Strabo lib. 5, & Ptolemæus in descriptione Italæ.

Mattiacum, Germaniæ oppidum, calidis fontibus nobilitatum, de quibus sic scribit Plin. lib. 31. cap. 2: Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum, quorum hauritus triduo fervet. Circa margines verò pumicem faciunt aquæ: fortassis ea est urbs quam Germani sua lingua vocant *Matum*, quæ est in ditione Marchionis Badensis: ubi hoc etiã tempore Thermæ sunt magnificentissimæ & celeberrimæ. Hinc Mattiacas pilas quidam dicitur existimant sphaerulas ex odorato saponis constantes, quod fortassis præstantissimæ apud Mattiacum confecerunt. Martialis in D. Richis: Si mutare paras longævus cana capillos, Accipe Mattiacas (quod tibi calva) pilas. Idè paulò ante Causiticam spumam pro eodem posuisse videtur, quum ait: Causitica Teutonico accendit spuma capillos, Captivis poteris cultior esse comis.

Martycethæ, *μαρτυρηθαι*, Populi Scythiæ Europææ, apud Stephanum.

Mavors, qui & Mars, quod magna veirat, ut ait Cic. lib. 1. de Nat. deor. 2. 4. Vnde Mavorius, n. i. i. u. m. Vide MARS.

Mauritanis, *μαυριτανια*, Ger. Ein landtshafft in Africa gegen Hispanien vber/soffst an das Groß Meer gegen Didergang. Africa regio extrema, versus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antæus gigas regnasse dicitur ab Hercule victus. Est autem duplex, Carthagenis à Cæsarea, & Tingitana à civitate Tingi. Dictaq; est Mauritania, *μαυριτανια*, quod inter cetera significat obscurum, vel nigrum, quod nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, struthiones, & elephantes.

Mauri, *μαυροι*, *μαυριται*, Populi sunt, qui Mauritaniam Africæ regionem Occidentalem versus Gaditanum fretum incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca pervenisse multi crediderunt, ut Strabo libro ultimo scribit. Salullius certè in Iugurtha, Mauros & Numidas, reliquosq; qui maritimam Africam cultiorè reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maximè autem contra Iugurtham gelis, innotuerunt. Vide Strab. lib. ult.

Mauris, nomen gentile est, ut Gallus qui è Gallia originem habet: Mauritanus verò, ut Gallicus. & Dicimus enim virum Maurum, & bellum Mauritanum.

Mauris, à Mauro, ut Gallus Gallicè dicit, teste Gell. li. 2. ca. 25.

Mauris, *μαυρις*, a, um, *μαυρις*, à nomine Maurus. Silius lib. 10: Et multa thorax perfossus cuspide, & hærens Lorice interdum Maurusia pendet, arundo. Sic Tellus Maurusia apud Claudianum 3. Paneg.

Mauris, *μαυρις*, a, um, Martial. libro 12: Et Maurusiaci pondera rara citri.

Mausolus, pen. prod. *μαυρολυς*, Ger. Ein König in Caria. Caria regis nomen, quem Theopompus scripsit, referente Suida, nulla à re pecunia cupiditate abstulisse. Hunc tam ingenti amore profecuta est uxor Artemisia, ut ejus fato perfuncti cineres vino permistos tradatur ebuisse. Ad hæc sepulcrum eidem sumptuosissimum extruxit, ut in sequenti dictione dicemus.

Mausoleum, pen. prod. *μαυρολυμ*, Ger. Ein treffentliß tēpsel. Strab. des Königs Mausolus in Caria, so ihm sein gēschter Gemahel Artemisia hat dawon lassen. Mausoli regis Caria sepulcrum, ab Artemisia uxore extructum tanta operis magnificentia, ut inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Martialis de Amphitheatro Domitiani: Aëre nec vacuo pendentia Mausolea. Laudibus immodicis Cares in astra ferant. Ab operis hujus similitudine sepulcra omnia sumptuosiora, Mausolea sunt appellata. Hinc & Sueton. sepulcrum Caesarum, Mausoleum appellavit. De Mausoleo vide plura apud Plin. libro 36. cap. 5, & apud Herodotum lib. 7.

Mausoli, *μαυρολυ*, Dicitur Cares Asiæ populi, à Mausolo rege, Artemisæ viro, Stephanus.

Mausolis, *μαυρολυς*, Agri Corinthii vicus est Stephano.

Maxies, *μαξιες*, Asiæ populi, à Trojanis (ut ipsi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistram rasant, & corpus minio tingunt. Autor Herodotus lib. 4.

Maximianus, *μαξιμιανος*, Natione Thrax, Romanorum imperator, suffectus est in locum Alexandri Severi, à militibus interfectus: qui & ipse ab exercitu suo cæsus est, quum Aquileiam nequicquam obsideret. Vide Herodianum lib. 8.

Mazæna, *μαζαινα*, Palæstina oppidum: cujus incolæ dicuntur Mazæni, *μαζαινοι*.

Mazaca, *μαζακα*, Stephano, Civitas Cappadocia sub monte Argo, quæ Tiberius Archelao pulso, & Cappadocia in provinciam formam redacta, nominavit Cæsarem. Hinc Mazænius, & Mazaces, Mazacis in genitivo, *μαζαινω*, *μαζαινας*. Suet. in Nero. Turba Mazacum.

Mazæum, *μαζαινω*, Bithyniæ oppidum, teste Stephano, in ditione *μαζαινω*.

Mazæi, *μαζαινοι*, Pannoniæ populi sunt, apud Strabon. lib. 7.

Mazares, *μαζαιρας*, Ex Medorum Satrapis fuit, qui Priencenses in Cyn ditionem redegit. Vide Herodotum lib. 1.

Mazyes, *μαζαιες*, Libyæ populi inter Nomades, diversi ab iis, quos ab Herodoto Maxias vocari supra ostendimus.

Mazeræ, Fluvius in ora maris Hyrcani, Plin. lib. 6. cap. 16.

M ante E.

Mæarus, *μαζαιρος*, Ptolemæo, Fluvius Hispaniæ in ora Asturum.

Pompon. Mela lib. 3. Vulgò *Mearon*.

Mecæstus, *μαζαιστος*, Troadis fluvius, in Rhyndacum influens: cuius meminit Strabo lib. 12.

Mecha, civitas hodie sic dicta in Arabia Felice, quam Sarraceni incolunt: Mahumetice superstitionis caput. [ Germ. Die Hauptstadt der Saracener in Arabierlandt. ]

Mecistum, *μαζαιστον*, Tephylia oppidum est Stephano. Est autem Tephylia Peloponnesi regio littoralis, quæ & Messenia dicitur.

Mecisteus, *μαζαιστευς*, Fuit ex focis Ajax Telamonii, ut scribit Homer. lib. Iliad. 13.

Mecænas, cum æ diphthongo. [ *μαζαινας*, Ger. Ein berühmter Herr bey Kaiser Augustus, ein Liebhaber und Beschützer guter Künste. ]

Proprium nomen equitis Romani viri clarissimi, & apud Augustum potentissimi: cui, velut unico studiorum patrono, Virg. Georgica sua, & Horatius libros Carminum inscripsit. Delicatum hunc fuisse, nō solum cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorant: quare cum Augustus Malacinum vocabat & exagitabat frequenter ut cacoælum, teste Tranquillo, Horat. 1. Carni. Mecænas atavis edite regibus. Fuit vir hic in provchendis cum omnium disciplinarum, tum præsertim poetice cultoribus aded benignus, ut ab eo etiam hodie studiorum patroni, qui in sublevanda doctorum hominum egestate se munificos præbent, Mecænates appellantur.

Mecænatæus, adjectivum à Mecænas. Suetonius in Nerone: E tunc mecænatæa prospectans.

Mecæon, *μαζαιων*, Stephano, Vrbs est Peloponnesi, non procul à Corintho, quæ postea Sicyon appellata est, teste Strabone lib. 8.

Mecyberna, *μαζαιβερνα*, Oppidum Maritimū in Orientali tractu Macedoniae, nō procul à Pallene: à quo & vicinus situs Mecybernaeus dicitur. Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 10.

Medibæ, *μαζαιβαι*, Stephano, Nabathæorum oppidum.

Medrix, Vide in APPELL.

Medea, *μαζαινα*, Ger. Ein Frau von Lybion und ein große Zauberin. Insignis incastratrix fuit, Aetææ Colchorum regis filia: quæ quum Iasonem perdidit deamaret, facilem illi ad aureum velus aditum præbuit, sopito pervigili dracone, qui noctes, diesq; illud allervabat. Quo facto, patris iram metuens, Iasonem in Græciam sequuta est, patremq; insequentē discerpit Absyrti fratris membris, & per viam dispersis, retardavit. Repudiata deinde ab Iasone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit, Glaucaq; Creontis filiam, cum qua Iason secundas contraxerat nuptias, incensa regia, vivam cremavit, ipsamq; etiam Iasonem impatientia doloris manus sibi inferte coegit.

Mecæon, *μαζαιων*, Duorum vicorum nomē est apud Strabon. lib. 9, quorum alterū in Phocide collocat ad sinum Criseum: alterum in Bœotia, non procul ab Onchello.

Medeficætes, filia Priami notha, ut scribit Homerus.

Mediæ, *μαζαινα*, Ger. Ein weite Landtschafft in Asiat sofst auß das Hyrcanisch Meer: gegen Didergang an Armenien vund Bfferien: gegen Nuffgang an Persiden (tc.) Regio Asia: à Septentrione Hyrcano mari: ab Occasu majore Armenia & Assyria discretæ: à Meridie Persiden: ab Oitu Hyrcania habens & Parthiâ, quæ Cassiorum montibus ab ea excluditur. Strab. lib. 11:

Mediam in duas dividit partes: quarum alteram Majorem vocat, cujus caput è batana facit: alteram Minorem, quæ & Atropatia dicta est, ab Atropato duce, qui eam à Macedonum impetu tutam præstitit. Est autem Media bona sui parte montosa & frigida, & ferè tota stentis, excepta regione, quæ sub Caspiis portis in humili & concavo jacet solo, quæ opulenta est, rerumq; omnium necessariorum ferax, præterquâ olei. In ea campus est latissimus, quem Hippoboton vocat, in quo eorum quinquaginta millia pasci dicuntur. Regium id armentum est. Mediam Solinus dictam putat à Megæ, Aegæi & Medæ filio. Hinc Medicus, a, um, prima syllaba longa, *μαζαινας*: ut, Malum medicum, quod & Citreum appellant.

Medina Cæli, Vide MEDIOLVM.

Medioliānum, *μαζαιλιανον*, Vulgò *Milano*. Ger. Mittlandt. ]

N 2 Vrbs

Urbs est Cisalpinae Galliae metropolis populi multitudine re-  
 fertissima, agriq; bonitate felicissima, annis CCLIX, ante  
 Christi adventum à Gallis Insubribus cōdita, & à nomine re-  
 lecti ab eis Mediolani (ut putat Volaterranus) ita appellata.  
 Quotquam sunt nonnulli, inter quos est Ambrosius, qui à fac-  
 dimidia parte lanata Mediolanum appellatum putent. In hac  
 etiam sententia videtur fuisse Sidonius Apollinaris. Verisimil-  
 ior tamen apparet Volaterrani opinio, praesertim quum ipse  
 etiam Prolemæus Mediolanum oppidum in Gallia Lugdun-  
 ensi recenset inter Ligerim & Sequanam fluytos. De origi-  
 ne huius urbis ita scribit Liv. lib. 5. Decad. 1: Galli per Tauri-  
 nos, saltusq; Iulie Alpīs trāscederūt: fatisq; acie Tuscis haud  
 procul Ticino fluyto, quum in quo confederant, agrum Insubri-  
 um appellari audissent, cognomen Insubribus pago He-  
 duorum ubi omen sequentes loci, condidit urbem, quam  
 Mediolanum appellarunt. Ex hac urbe Statius Cecilius poeta  
 comicus originem traxit. Est praeterea Mediolanum, sive  
 Mediolanium, teste Prolem. Britanniae oppidum. Item al-  
 iud inferioris Germaniae oppidū in Coloniaensi diocesi quod  
 hodie *Middellheim* vocant. Strabo lib. 4. aliud huius nomi-  
 nis oppidum collocat inter Xantones Galliae Aquitanicae po-  
 pulos, quod hodie idē esse credimus quod vulgō *Saintes* vo-  
 cant. Urbs est (inquit) Xantonum Mediolanum, ad Oceanum  
 vergens, inter Aquitanos maximē aereosa, & agro tenui, ex  
 milio solumnam captans, reliquis fructibus sterilis. Huius et-  
 iam Mediolani, & alterius in Gallia Cisalpina meminit Ste-  
 phanus. *Μεδιολανος πόλις ἀκρωτίας, ἢ ἐὶ ἀκρωτίαι Μεδιολανίαι, &  
 πόλις ἀπὸ τῆς ἰταλίας ἀκρωτίας.*

**Mēdiolūm**, *μεδιολανος*, Oppidum est Celtiberorū in tractu Tar-  
 raconensi Hispaniae, apud Prolemæum lib. 2. cap. 6. putatur ea  
 esse quae hodie *Medina* caeli appellatur.

**Mēdiomātrīces**, [*μεδιωματρικες*]. Ger. Die *Wegmutter* & *Wegmutter*  
 teiler. Populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus vicini,  
 Merentes scilicet, & his vicini Lotharingiae populi. Plin. &  
 Strabo Mediomatricos vocant. Vulgō *Metz* in Lotharingia.

**Mēdiōn**, *μεδιων*, Oppidum in finibus Aetoliae, apud Polybium  
 libro 22.

**Meditrīna**, pen. prod. Medicamentorum dea, Felto.  
**Mēditrīnāl' s. orium**, sacra dea Meditrinae. Mos erat, ait Festus,  
 Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dice-  
 re omnis gratia: Vetus novum vinū bibere veteri novo mor-  
 bo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinae deae nomē ce-  
 ptum: ejuſq; sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. de Ling. Lat.  
 libro 5. Meditrinalia, dies dictus est à Medendo: quod, ut ait  
 Flaccus, Flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum no-  
 vum & vetus bibere, & degulari medicamenti causa: quod fa-  
 cere solent etiam nunc multi, quum dicant. Novum vetus vi-  
 num bibo: novo veteri morbo medeor.

**Mēdmā**, *μεδμα*, Scyth. Oppidū in agri Brutii littore, unā cum  
 portu. Plin. lib. 3. cap. 5.

**Mēdmāssī**, *μεδμασσι*, Stephano, Oppidum Carię, cuius me-  
 minit Plin. lib. 5. cap. 29.

**Mēdōn**, *μεδων*, Nothus fuit Oilei, ex matre Rhyaa, teste Home-  
 ro lib. 2. Iliad.

**Mēdōacū**, sive Meduacū, *μεδωακος*, Venetorum fluytus Pa-  
 tavium alluens, qui nunc vulgō *Brenta* dicitur. Nam ostia Padis  
 Phoenici describens, ait: Pars eorum & proximum portum facit  
 Brundulum, sicut Edronē Meduaci duo, & fossa Clodis. Stra-  
 bo scribit Meduacum vocari & portum, & fluytum. Idem su-  
 pra Venetos Carnorum, & Meduacorum fuisse gentem tra-  
 dit. Vide Plin. lib. 3. cap. 16.

**Mēdullā**, *μεδulla*, Stephano, Latii oppidū, Albanorū opus,  
 cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

**Mēdullinā**, *μεδουλινά*, Plutarcho, Paellae cuiusdā Romanae no-  
 men, quae à patre in tenebris vitium passa, quum ex detracto  
 ei annulo stupri auctorē agnovisset, capillis eum ad aram per-  
 traxit, patremq; primūm, deinde etiam seipsam ad expiandū  
 flagitium interfecit. Vide Plutarchum in Parallelis.

**Mēdūsa**, pen. prod. [*μεδυσσα*]. Ger. Ein *Teufel Phorci*, *medusa* & *Minerva*  
 sibi sibi haec in *St. Langen* verstantia haec. Fuit filia Phor-  
 ci ex Ceto manna deluata quae unā cum duabus fororibus Eury-  
 ale & Stenione, Gorgadas insulas in Oceano Aethiopico  
 tenuisse feruntur. Unde & Gorgonides appellantur. Haec quae  
 esset insigni forma, etiam habuit inter alia decoris insignia  
 crines proximē ad auri colorem accedentes, quorum splen-  
 dore captus Neptunus, in Mineryx templo cum ea concu-  
 buit: ex quo concubitu natus est Pegasus equus. Quam inju-  
 riam Minerva gravi & ini quo animo ferens, Medusae crines,  
 quibus maxime amatoris sui placuerat, in angues mutavit,  
 qui ea vi essent ut omnes eam aspicientes in lapides verteren-  
 tur. Quamō hiem quum nemo tam immane monstrum intue-  
 ri posset, Perseus Iovis & Danaë filius, Mercurii talantibus, &  
 falcato ense accepto, Palladis item scuto, ut aere repercussam  
 effugiem ejuſ videre impunē posset, ex improviso, quum ipsa

anguisque sopiti essent, adortus, uno sed eo validissimo ictu  
 percussit, & in patriam rediens quū ejusdem caput secum de-  
 ferret, contigit ut guttae sanguinis decedentes per solitudines  
 Africae mutarentur in serpentes. Vide Lucan. lib. 9: squalle-  
 bant latē Phorcinidos arva Medusae. & Iodē Medusae, a. un.  
 vide in dictione PEGASVS.

**Medyllia**, *μεδυλλια*, urbs ab Albanis condita, Romanorum co-  
 lonia. Gentile Medyllinus, Steph.

**Megaid** est, magnum Promontorium Mauritaniae Caesari-  
 sis, inquit Prolemæus.

**Mēgabyzi**, [*μεγαβυζι*]. Ger. Die *hodontesen* *pfaffen* in *großen*  
*Öden* *Diana* in *Epheſo*.] sive Megalobrysi, Dicebanus Epheſum  
 Dianae sacerdotēs, quos evauchos esse oportebat. Unde &  
 pro imbellibus ac molibus poni consueverunt, quales sunt  
 spadones. Quintilian lib. 3. cap. 12: An vero statuarum arti-  
 ces, pictoresq; clarissimi, quum corpora quum speciosissime  
 pingendo, fingendove cingere cuperent, nunquam tamen  
 in hanc ceciderant errorem, ut Bagoum, aut Megabyzum a-  
 liquem in exemplum operis assumerent sibi, sed Doripho-  
 rum illam apulum vel militum, vel palaestrorum quoque  
 juvenum belliosorum & athletarum corpora decorare cu-  
 stumiarunt, &c.

**Mēgārā**, cum diphthongo in penultima. [*μεγαρη*]. Ger.  
 Eine *auf den* *vassintzen* *heiligen* *Wiedern*.] Vna est urbs in  
*megeara* Odi, sive in iudeo *Laniō* denotat. Claud. Innocentia  
 prima in Rufinum: Improba mox surgit inibi de sede Megara.

**Megaleſia**, Vide in APPELL.

**Mēgalōpōlis**, *μεγαλοπολις*, Arcadiae urbs, post Lacedaemum  
 bellum condita: quae dimidia sui parte Orontia vocabatur, ab  
 Orontis adventu. Ex hoc oppido ortum traxerunt Ciceronem,  
 praetantissimum leg. filium, Aegellus Peripateticus Theophras-  
 ti discipulus, Accodorus, qui de uribus scribit, & Polyus  
 Historicus. Megalopolis item Aetiae oppidum fuit, postea  
 Aphrodisias dictum, inter Lycum & Mxandrium fluytos  
 tum, quod Stephanus Cariae attribuit: quoniam in Graecis  
 codicibus *leania* corrupte legitur pro Caria. Tertia quidem  
 nominis civitas in Iberia collocatur ab eodē Stephano. Illa  
 item urbs Megalopolis Germaniae est. [Ger. *Woburn*].

**Mēgalōpōlis**, *μεγαλοπολις*, Megalopolis incolae, Stephan.  
**Mēgārī**, penult. corr. [*μεγαρη*]. Ger. Man *Staria* *Adria*.]  
 Urbs est Achaiae in confinio Atticae, & Peloponnesi, patris  
 Euclidis Geometrae: ita dicta à Megario Apollinis filio. Urbs  
 huius meminit Plin. lib. 4. cap. 7, & Servius Sulpicius ad Caen.  
 libro 4. Epist. pro eodem dicitur Megara, orum, plurali nume-  
 ro. Plin. lib. 16. cap. 29. Megaris diu fuit oleaster in foro. Co-  
 lum. lib. 10. iam Megaris veniant gentilia semina bulbi, & idē  
 item Megara, montis nomen in Sicilia apibus abundans,  
 qui urbem habet ejusdem nominis in radice suam, & fuit praeterea  
 hoc nomine filia Creontis, & uxor Heraculis.

**Mēgārūs**, a. um, adjectivum. Virgil. 3. Aeneid. Paestriam Mo-  
 garosq; sinus.

**Mēgāreus**, dictio trisyllaba, *μεγαρη*, Nomen fuit patris Hip-  
 pomenis & nepotis Neptuni, ex Oncheſo Boreae oppido  
 oriundi. Ovid. 10. Metam. Namque mihi genitor Megareus  
 Oncheſius: illi est Neptunus avus: pronepos ego regis aquarum.  
 & fuit praeterea eodem nomine Apollinis filius, qui Me-  
 garis à se conditis nomen fecit.

**Mēgārīs**, idia, penultima correpta, *μεγαρη*, Regio est Achaiae,  
 in confinio Atticae & Peloponnesi: ita dicta à Megaris. prae-  
 cipua ejus tractus urbs. Plinius lib. 4. cap. 7: Attingit libanum  
 parte sui, quae Megaris appellatur à colonia Megara. In hac  
 regione praestantissimi mittebantur bulbi, qui ab ea dicti sunt  
 Megarici. Plin. lib. 19. cap. 5: Proxima his est bulborum natura,  
 quos Cato in primis ferendos praecipit, celebrant Megari-  
 cos. Est praeterea Megaris, insulae nomen inter Neapolim  
 & Paulyppum sita, teste Plin. lib. 3. cap. 6. Megaris item Ni-  
 ſea vocabatur, à Niſo Pandionis filio: item Niſea navae Me-  
 garidis, Steph.

**Megala**, *μεγαλα*, urbs Libygin quae *μεγαλα* & *αργεον*, Steph.  
**Mēgēs**, *μεγες*, Vnus ex Graecorum principibus, qui ad Trojam  
 profecti sunt: de quo Homerus in Catalogo navium.

**Megistanes**, Vide in APPELL.

**Megiste**, *μεγιστη*, Vrbs & insula Lyciae, à magistro quodam,  
 Stephan.

**Meionis**, *μειονης*, Cyprus olim dicebatur. Steph.

**Mēlānā**, [*μελανα*]. Ger. Die *Jafis* *Costa*.] Insula est in ostio  
 maris Adriatici, quae alio nomine Corcyra dicitur, ut docet  
 Plin. lib. 3. cap. 26. Statius lib. 12. Theb. Icaris, Celsiq; domus,  
 viridisq; Melæna.

**Mēlānā**, *μελανα*, Oppidum in Arcadia, à Melæno Lyconia  
 filio conditum inter Heraciam, & Megalopolim. Plinius Mel-  
 niam vocat lib. 4. cap. 6. Stephanus Melanas.

**Melampe**, *μελαμπε*, urbs Lydiae à Melampo quodam. Gen-  
 tile Melampeus, Stephanus.

Melamp

Melampyrius, ... Infula est Ionia adiacens, ante Ephesum, quae notione nomine Samos appellatur. De hac Plin. lib. 5. cap. 31. & Strabo lib. 14.

Melampus, ... Amythaonis Argivi, & Diorippes filius, teste Homero Odyss. lib. 15. Nomen autem accepisse fertur, eo quod mater infantem exposuerat toto corpore testum praeterquam pedibus qui a sole atque colore attracto, nomini causam dederunt. Augustio claruit, Byantem item iuvis in auferendis bobus Iphiclo, quas ille Neleo restituit, accepta eiusdem filia, Pero nomine, in uxorem. Filias quoque Proeti furiosae agitatae sanitati mentis restituit, quarum unam Iphianassam nomine in conjugem accepit, ut superius traditum est. Virg. lib. 3. Georg. Phyllides Chiron, Amythaoniusque Melampus, &c. est quoque Canis nomen apud Ovid. lib. 3. Metam. A pedum nigredine impositum.

Melanochroes, ... Canis nomen apud Ovid. libro 3. Metamorphos. hoc est, a pili nigredine impositum.

Melanclaeus, ... Scythiae populi, a nigris vestibus quas ferunt, ita nominati, Stephano.

Melanochroea, ... Sibylla Cumana a quibusdam dicta est. Anitot. in Mirabilibus.

Melandrus, ... Regio Sicyoniae; gentile Melandrus, Stephanus.

Melanea, ... Oppidum est in Arcadia. Plinius lib. 4. cap. 6.

Melanés, vel Nigri, Montes juxta deferra Arabiae. Ptol. lib. 6. cap. 17. Hodie mons Sinai, mons S. Catharinae. Sur desertum Hebraeis a Mauris Tur dicitur.

Melanéus, per tres syllabas, & pen. corr. melanés, numeratur inter canes Aetionis, apud Ovid. 3. Metam. Harpalos, & Melaneus, hirsutosque corpore Lachne. & Est & Centauri nomen apud eundem 12. Metam.

Melanippion, ... Pamphyliae fluvius, apud Hecataem in descriptione Asiae.

Melanthis, ... Filia fuit Deucalionis ex Pyrrha, & soror Hellenis.

Melanthis, ... Germ. Ein Weibheit Vlyssis, melthen er vmbhuffet hat, u. er auf dem Troianischen Krieg wid er heim kommen ist. Pastor captivum Vlyssis, qui, quod & rem domini absentis unam cum prociis absumpisset, & herae, filioque herili semper se molitum praebuisse, post reditum Vlyssis, a Telemacho trucidatus est: Homerus Odyss. lib. 22. Fuit item hoc nomine quidam Atheniensis, cujus celebratus illud in Gorgiam amulum suum dictum: Hic nobis concordiam suadet, qui tres in una domo concordare efficeret non potuit. Praeter hos & pistor nobilis fuit hoc nomine Pamphili Macedoniae discipulus: de quo Plin. lib. 25. cap. 10.

Melanthis, ... Filia fuit Protei senis, cui consuetudo erat positus vestibus dorso delphinum insidere, atque sic per maria vagari. Qua re cognita, Neptunus se in delphinum transformavit, illamque blandiendo illexit, ut dorso suo insideret, transiretque in adversum litus stuprum obtulit. Ex quo concubitu Amycum natum fuisse quidam prodiderunt: quem tamen Servius Melites filium facit.

Melanyon, ... dicitur est Hippomenes, eo quod pomis certamen confecerit. Quavis corrupte apud Propertium Mimalyon pro Melanyon legatur, cum inquit:

Mimalyon nullos fugiendo Tulle labores, Sexvitiis duræ contudit lassidos, &c.

Malim penultimam per iota.

Melás, ... Multorum fluviorum nomen est. Nam unum esse in Mygdonia ostendit Ovid. lib. Metamorph. 2. Mygdoniusque Melas. Rursum alium navigabilem esse, qui Ciliciam a Pamphylia dividat, scribit Plinius libro 5. cap. 27. Alium item in Thracia collocat idem Plinius libro 4. cap. 11. Item alium in Beotia, qui a Patasso profluens, Minerva sacer dicitur a Poëta: quia ripae ejus olivis sint refertae. Stat. lib. 7. Thebaid. Palladiusque Melas Hecateia gurgite nutrit Flumina. Is unus omnium Graeciae fluviorum ab ipso fonte navigabilis est, atque circa solstitium aestivum, ut Nilus, flata accipiens incrementa: nec longus excurrit, sed in lacus & cuniculos delapsus, modica sui parte Cephalo infunditur. Hujus fluminis aquas oves nigras efficeret scribit Plin. lib. 2. cap. 103. Ejus etiā meminit Herod. lib. 7. Postremo alium esse in Sicilia, autor Ovid. Fast. lib. 4. cum de fluminibus & de locis Siciliae, quae peragraverat Ceres, loquens ait: Sacratumque Melan, pascua laeta boum.

Melaeus, & Meleagrus, pen. prod. melaeus. Suidae, fuit Oenei Calydoniae regis filius, ex Althaea conjugē, quo recenter nato, visa sibi est mater, tres Partas igni affidentes videre, manūque stipitem tenentes, & qualem puero cum stipite ritant assignare. Recedentibus itaque Partis, Althaea extinctum stipitem diligentissimè asseravit. Adulto deinde Meleagro, quū

spreta ab Oeneo Diana, immense magnitudinis aprum immisisset, qui omnem regionem laed vastabat, Meleager colle-ctis robustissimorum juvenum manu; aprum interfecit, caputque ejus Athalantae lasi Argivorum regis filiae, quae prima aprum vulneraverat, velut partem spoli dedit. Quod quū avunculi sui vi puellae auferre conarentur, utrumque occidit. Nuntiata itaque fratrum morte, Althaea doloris impatientia in furorem versa, fatalem illum stipitem in ignem conjecit, quo exusto, Meleager etiam exustis intus intestinis omnibus consumptus est. Nominis hujus nominativus tripliciter effertur, Meleager, Meleagrus, & Graeco more Meleagros. Ovidius 6. Metam. Nec tamen illa sui successu laetior idus, Quam Meleager erat. Ibidem: Infensaeque absens flamma Meleagrus eadem Virtus. Et paulo antea: donec Meleagros, & unā Lecta manus juvenum calcere cupidine laudis.

Melaeagrea, ... Calydon urbs dicitur: quoniam Meleager in ea imperavit.

Meleneis, Vicus in Antiochide tribu, Callimachus Melaneas vocat. Tribulis Melaneus, Steph. vide MELAEAE.

Melēs, ... Fluvius est Ioniae, Smyrnā alluens, ad cujus ripas natus fertur Homerus. Melitacrum fluvii hujus Plinius libro 5. capite 29. & Strabo libro 12.

Melēsigenēs, penult. corr. [ melēsigenēs. Germ. Die Heide gacht post Homerum ] Nomen proprium Poëtarum principis, qui postea a caecitate dicitur est Homerus. Melēsigenēs autem appellatus est (ut refert in vita ejus Herodotus) a Melete fluvio Smyrnā alluente, ad cujus ripas natus creditur.

Melēsius, ... a Meleto fluvio dicitur, antea Smyrneus, Stephanus.

Melētius, Praeful fuit in Aegypto Virtianae scētae, ut scriptum est in historia Tripartita.

Melētiā, ... Magnesia, quae est Graeciae regio, annexa Thessaliae, teste Plin. lib. 4. cap. 9. Patria Philoetiae Praetans filii: a quo Melibœus, a, um, melibœus. Item Melibœus melibœus, nomen pastoris ab eo impositum, quod bovum curam habeat.

Melētia, sive Melicertes, ... Inus & Athamantis Thebarum regis filius, cum quo mater, quum virum viderec furere, in mare se praecipitavit, amboque deorum miseratione in numina marina sunt commutati: Ino quidem in Leucotheam, quam & Matutam marem vocant: Melicerta vero in Palamontem, quem Latini Fortunum appellant. Vide MATVTA.

Melēgine, ... Infula est maris Adriatici, ante Dalmatiam sita, Ptolem. lib. 2. cap. ult.

Melēgūnis, ... Infula est Siciliae adiacens, una ex Aeolis, quae notiore nomine Lipara dicitur. Plin. lib. 3. cap. 9.

Melēphāgi, ... Thraciae populi, ita dicti, quod punico velcantur, Stephanus.

Melēsiā, ... Oppidum Libya, cujus incolae dicuntur Melēsi, Stephanus.

Melēsiā, ... Melissae Cretensium regis filia, quae unā cum sorore Amalthea, Iovem caprino aluit lacte. Fuit item hujus nominis Nympha, quae mellificium primū invenit: unde data est occasio fabulae, Melissam in apem fuisse conversam. Colum. lib. 9. cap. 2: Nec sanè rustico dignū est sciscitari, fueritne mulier pulcherrima specie, quam lupiter in apem convertit. Melissa praeterea quaedam fuit, Perandri Corinthiorum tyranni uxor, quam ille, concubinarum delationibus temere credens, quum gravida esset, pedibus conculcans interemit. Vide Laetium in vita Perandri.

Melēsiū, ... Cretensium rex fuit antiquissimus, qui primus diis sacrificavit: cuius filiae Melissa, & Amalthea fuerunt, quae Iovem infantem melle & lacte caprino aluerunt. Fuit item Melissus, Grammaticus muneti datus Maccenati, & numerissus ab eo. Autor Tranquillus. Melissus praeterea Samius, Parmenidia auditor, philosophus civibus suis charus, quibus praecipua plura dedit, Rempublicam administravit, classiq; in bello praefuit, ut refert Apollodorus.

Melētiā, vel Melite, es. [ melētiā. Vulgō Malta. Germ. Die Insel Malta ist ein von Sicilien getrennt. ] Infula est non procul a Pachyno Siciliae promontorio. Ovid. 3. Fasto. Fertilis est Melite. Est etiam Melite, sive Melita, urbis nomen in hac ipsa infula a Carthaginensibus (ut refert Diodorus) condita: tamen pretiosissimarum vestium in primis nobilis. Cic. 6. Vetr. Infula est Melita, iudices, satis lato ab Sicilia freto, periculo foetae disjuncta in qua est eodem nomine oppidum, quod iste nomen quam accessit: quod tamen isti traxerunt per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit.

Melētiā, a, um, & Melitētiā, ... Stephanus: Melitētiā caruli, melitētiā, a, um, quae ad foeminatum delicias ex Melita advehebantur. Plin. lib. 3. cap. ult. Melita: unde Melitētiā canes appellati autor est Callimachus.

**Melitēnē**, ex *μελιτινῆ*, Cappadocia regio, prae-tenta Armeniae majori, non procul ab Euphrate. Plin. lib. 6. cap. 3.  
**Melitracā**, *μελιτριά*, Thessaliae oppidum, Stephano; civis Melitracus, Theopompus & Philon *μελιτριάς* vocant: vide MELITTAEVS.  
**Melitula**, *μελιττυλα* Stephano, Illyrici oppidum: cuius incolae Melitulai & Melitufii appellantur.  
**Melitrus**, *μελιτρος*, Nomen alterius ex accusatoribus Socratis.  
**Melizandrus**, *μελιζανδρος*, Poeta Milesius, Lapitharum & Centauro-rum bellum scripsit, ut est autor Aelianus de varia hist.  
**Mellaria**, *μελλάρια*, Oppidum Hispaniae in tractu Baetico, Pomponii Melae patria, ut ipse testatur Geographiae suae lib. 2.  
**Melo**, nomen fluvii, qui & Nilus & Geon appellatus est. Au-sonius in Aenigmatibus: Melonis albam paginam.  
**Melobōsis**, *μελοβόσις*, Nympha est, Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia: sic dicta ab ovidibus pascendis.  
**Melocabus**, Germaniae urbs apud Ptolemaeum lib. 2. cap. 11. Vulgo *Choburg*.  
**Melōella**, *μελοελλα*, Insula est ex Syrenulis una, è regione Laci-nii extremi Italiae promontorii, non tam à pomorum quam à pecoris abundantia dicta. Vide Plin. lib. 3. cap. 10.  
**Melōs**, gen. serm. *μελῶς* [ German. Ein Insel nahe bei Cendia gesehen ] Insula est Cretae adiacens, una Sporadum: & urbs in eadem insula. Strabo: Melos insula inter Cretam, Peloponne-siamque intervallo quasi sita, à Peloponneso promontorii Scyllaxum, à Creta Didymnaeum habens. Inter Cycladas nu-meratur à Pomponio, lib. 2. cap. 1: Hanc prius (inquit Step-hanus) Phoenices habitaverunt: unde & Byblos vocata est à By-bliis Phoenicibus, item Zephyria. Hinc Diagoras Melius, & Socrates, & Anstrophaneus. In Thessalia vero populi quidam *μελῶες* dicuntur. Est & vicus Acaernanica à quo Melius, vel Ma-lius, Dorice. A Melius etiam formatur Melicos, Meliacus, & regio Melis, Steph. Vide MALLEA. De urbe Thessaliae, & de Byblide insula quoque supra diximus.  
**Melōs**, & **Melaria**, *μελωσ* & *μελάρια*. Duo oppida in finibus His-panicae malis sic dicta. Festus enim Hercules autca mala illuc ex Libya attulisse, Steph. in Belo, vide MELOESSA.  
**Melōs**, *μελωσ*, Filius Mantua, à quo Melois Lesbilocus, Steph.  
**Melpōmēnē**, pen. cor. [*μελπομένη*]. German. Eine auf den neua Melpo. ] Vnā ex Musis, tragoediarum inventrix à modulādo no-men trahens. Virg. de Musarum inventrix: Melpomene Tragi-co proclamata moesta boatu. Vide MUSA.  
**Mempharus**, *μεμφαρος*, Vnus ex Cadmi sociis, Theram in-sulam condidit, Steph.  
**Membliārtis**, *μεμβλιάρτις*, Insula est maris Aegaei, una Spora-dum, non procul à Thera & Anaphi. Plin. lib. 4. cap. 12.  
**Memmiūs**, Civis Romanus, qui de ambitu postulatus fuit à Qu. Curio, teste Cicero ad Quint. Frat. lib. 3, à quo Mem-miorum familia.  
**Memnon**, teste Homero, filius fuit Tithoni fratris Laomedon-tis ex Aurora susceptus, qui cum maxima orientalium popu-lorum copia in auxilium venit Priamo, & in pugna ab Achille occisus: vel ut alii tradunt, à Thessalis in sidus occisus est: qui cum in rogo cremaretur, precibus Aurorae in avem mutatus est: ex eademque pyra multae aliae aves evolarunt, quas Mem-nonias vocarunt. Haec ferunt quotannis ex Aethiopia ad Mem-nonis sepulchrum, quod est iuxta Ilium, advolare. Virg. lib. 1. Aen. Eoasque acies & nigri Memnonis arma. Strabo lib. 15. ubi sepulturae eius mentionem facit.  
**Memphi**, *μεμφί*, Populi Memphim habitantes: vide TAPYVS.  
**Memphis** [*μημφί* & *μημφί*]. German. Eto *gemat-tige große Stadt in Egypten am Nils des Orts getegen/da er sich anhöret in seine Zerstörung zu theilen/heist jetzt Alear.*] Vnā Aegypti regia, ab Ogdoo rege condita, & à nomine filiae eius appellata. Hec inter omnes Aegypti urbes secundum ab Alexandria locum obtinet, pyramidibus, & regum sepulchris, in primis insignis. Eius ambitus traditur fuisse centum & quinquaginta stadio-rum. Sita est haec urbs in loco totius Aegypti opportunissi-mo, ubi Nilus in duas scissus partes literae Δ speciem praebet: quo sit ut portuosissima sit, omnique penē ex parte navigiis aditum praebet. Vulgus hodie *Aleaxrum* vocat. & Hinc sunt duo patronymica, unum mascul. gen. Memphites, & alterum fem. Memphitis, idis. Tibul. lib. 1. Eleg. Barbara Memphitem plangere docta bovem. Iuven. Sat. 15. an ne aliam terra Mem-phide sicca Invidiam facerent nolenti surgere Nilo?  
**Memphitis**, *μεμφίτις*, a. um, adiectivum. Ovid. 2. de Arte amandi: Neu fuge Niligenae Memphitica sacra iuvenca.  
**Mempricus**, Rex Britanniae, qui fratrem Malyn exiit vita, ut eo mortuo regnaret, Autor Volaterranus.  
**Mēna**, *μηνῆ*, Apud Romanos fuit dea, quae menstruis fluxibus praesse putabatur. Quo etiam nomine dictus est piscis quidā brevis, *μηνῆ*, qui hinc candidus, aetate nigrior fit: sed tunc Mena cum diphthongo scribitur. Cic. de Finib. Qui volupta-

tem contemnunt, eis licet dicere, se acciperentem manū non antepone. Martial. lib. 11: Et caudam cibū, bevesque ma-nas. Hunc piscem eundem esse cum halece Theodoro cre-dimus, qui ex Aristotel. Halecem vertit, quem ille *μηνῆ* appellat.  
**Mēnāchmūs**, *μηνάχμος*, Philosophus Eudoxi auditor, qui Platonis temporibus vixit, & scripsit libros tres, in libros Pla-tonis de Republ. & Menāchmus item Sicyonius historicus, qui scripsit historiam Alexandri Magni. Meminit utriusque Suidas.  
**Mēnāchmi**. Vide in APPELL.  
**Mēnālcās**, *μηνάλας*, Pastoris nomen apud Virgilium tertia Aegloga.  
**Mēnālippī**, *μηνάλλιππος*, vel Menalippe, ex *μηνάλλιππος*. Fuit Antiope A-mazonum reginae soror. Haec ab Hercule capta dicitur in bello quod contra Amazones gessit: quam quum Amiope foto-ri restitueret, accepit peritiam, arma reginae & hostem. Nam haec quoque ex eo bello reportare fuerat iussus ab Aristot. Iuvenalis Satyra octava: Syrma vel Antigones, seu personam Menalippes.  
**Mēnālippīdēs**, *μηνάλλιππίδης*, Poeta Melius genere, scripsit Dithyrambicorum plures libros, & poemata epica, & epigram-mata & elegos. & Huius ex filia nepos Menalippides iunior, item poeta, scripsit Lyrica & Dithyrambica. Vnus, monumentū est apud Perdiccam regem Macedoniae, Suidas.  
**Mēnālippūs**, *μηνάλλιππος*, Thebanus quidā fuit, qui Tydeum in pugna apud Thebas lethaliter vulneravit. Qui cum mentē appropinquare videret, ad eum impatenter tulit, ut se in ra-biem versus focus iusserit ut vulneratoris caput ad se delat-rent. Sic enim apud Statium vociferatur: caput ō multū loquū-que fuso detulissent, mordicus arripuit, ac cervicē tū sicut, ac canis rabidus, dentes infixit: quumq; illud bestialiter de-voraret, occubuit & Fuit & alter Menalippus Tydei fratres eodē Tydeum in venata terra peremisse, obq; id fratricidium ex-illit. & Fuit & tertius Menalippus Trojanus, quod vixit praefatur à Priamo filii loco est habitus.  
**Mēnānder**, [*μηνάνδρος*]. German. Ein Götterkinder Comedien-schreiber ] Poeta comicus, Theophrasti discipulus, Strabonem mente acutus, amore in mulieres infansus. Scripsit fabulas LXXX. & epistolam unam ad Ptolemaeum regem, atque nonnulla soluta oratione. Haec Suidas. Quinti. lib. 10. cap. 11. Menāder, meo quidem iudicio, diligenter ad cuncta quae pro-cipimus efficienda, sufficiat. Ita omnem vix imaginem ex-pressit, tanta in eo inventendi copia, eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis affectibus accommodatus. Ovid. 2. Trist. Fabula iucunda, nulla est sine amore Menandri. Legi-tur & Menandrus, Graecorum more. 1. em libro primo Amor. Dum fallax servus, dorus pater, improba lena vixerit, & me-terris blanda. Menandrus erit. & Menander autem Laodicus sophista, scripsit commentarios in artem Hermogenis, & in praexercitamenta Menutiani, Suidas. & Menander alius Ro-mani Mago successit, non solum eius referens imperatorem, sed longē maioribus superans portentis. Seie enim iactantibus servatorem esse ex Olympo, ad hominum salutem demissum, docebatque nullo alio pacto Angelos ab hominibus vocari, aut cogi posse, quam artis magicæ disciplina & baptismi à se traditis, ex quibus solis immortalitatem humano generi contingere posse asseverabat. Haec Irenaeus.  
**Mēnāpī**, [*μηνάπυ*]. Germ. Die Götterkinder in der Götterwelt. ] Populi qui ad utranque Rheni ripam habitant, proxi-mi Vbiis, Eburonibus, & Sicanibus: Vnde conjecturam facere possumus esse eos, quos hodie *luliacenses* vocamus & *Clivenenses*: quanvis Menapiorum olim latiores fuisse videmur sine, quam hodie sunt Iuliacensium, & Clivenensium.  
**Mēnāria**, lege MAENARIA.  
**Mēndēs**, *μηνδῆς*, Vnā Siciliæ prope Palicos: Vnde Mendex, Stephanus.  
**Mēndē**, *μηνδέ*, Vnā Vrbis Thraciae, à Mendē, vel Mendē muliere. In-de vnum Mendezum, Steph.  
**Mēndēs**, *μηνδῆς*, Vnā Aegypti iuxta Lycopolin, ubi Paas & hircum colunt. Civis Mendēsius, aut Mendites, Steph.  
**Mēndesicūm**, *μηνδηςικόν*, Vnum ex Nili ostiis, autore Plin. lib. 5. cap. 10.  
**Mēndesicūm**, *μηνδηςικόν*, Aegypti oppidum, cuius incolae Men-desi, *μηνδηςικοι*, appellantur. Herodotus libro secundo dictum existimat à Pauc, qui ibi sub hirci specie colebatur. Hircus enim Aegyptiorum lingua *Mēndēs* appellatur. Ab hoc etiam oppido vicinum Nili ostium Mendesium dictum fuit. & Men-desium quoque vocatur nobilissimi unguenti gener, quod ex hac urbe praestantissimum mittebatur de quo Plinius lib. 13. cap. 1.  
**Mēncinā**, *μηνκίνα*, Vnā mediterranea Oenontis à qua Mene-cinā, *μηνκίνα*, & Meneceni populi, Steph. Menecrates

Meneceates, *Ἰπποκράτης*, Aeliano teste, medicus fuit Syracusanus, qui ab aegrotis aliam mercedem non stipulabatur, quoniam ut ipsum Iovem appellarent: sese autem illius servos facerentur. Alter Meneceates comicus poeta fuit, ut scribit Suidas.

Menedemium, *Ἰπποκράτης*, Vrbs Lyciae. Gentile Menedemius, vel Menedemius, Stephanus.

Menedemus, *Ἰπποκράτης*. German. Ein Philosophus aus der Stadt Eretria in der Insel Negropont gegen/burris. Philosophus ex Eretria civitate, a quo philosophi Eretriaci dicti sunt. Eretria vero in Euboea est, ut inquit Strabo lib. 9. Hic militiam primam exercuit, postea ad Platonem concessit. Fuit honestate & gravitate insignis, status corporis in senectute, ut in juvene, firmus & validus. Et quum primum ab omnibus ludibrio haberetur, postea tanta in admiratione habitus est, ut civitatis gubernacula ei traderentur. Obiit vitae suae anno septuagesimo tertio. Fuit & alius Menedemus Lampiscenus, Cynicus, qui in tam prodigiosam venerat superstitionem, ut sumpto habitu Furis, prodiret, dicitans se exploratorem ex inferis venisse, delaturum de demonibus mortalium peccata. Pullatus ambulabat cum tunica talari adhaerente baltheo puniceo, Arcadicum pileum gestabat, cothurnos tragicos, virgam in manu. Auctor Laertius. Item alius Rhodius, Aristotelis auditor, de quo vide Aristotelis iudicium apud Gellium lib. 13. cap. 5.

Meneclaus, *Ἰπποκράτης*, Filius Atrei, & Aeropes, ut Homerus tradit, Phisthenis vero, ut Hesiodus, & frater Agamemnonis, rex Sparta, qui Helenam Iovis, & Leda filiam, uxorem habuit: quam quum Paris Priami filius eo absente rapuisset, legatos ad Parisidem misit qui illam repeterent: sed quum reddere nollet, omnes totius Graeciae principes ad bellum convocavit: qui collecto maximo exercitu, ad unum omnes sub Agamemnone regem in excidium Troianum conjurarunt. Quumq; iam tota Phrygia, atq; Myfia devastata, Ilium Priami regiam decennali bello oppugnassent, tandem fraude magis quam virobis expugnaverunt: ita Helena recepta post octavum erroris annum, domum rediit. Virg. lib. 2. Aen. Et Meneclaus, & ipse doli fabricator: Epeus.

Meneclaus, *Ἰπποκράτης*, Vrbs Aegypti. Strabo lib. 14, & regio Meneclaus. Est etiam Meneclaus, *Ἰπποκράτης*, parva regio Sparta. Gentile Meneclaus, postea Ilium Meneclaus: sed ab Aegyptia vrbe Meneclaus dicitur, Stephanus.

Menephron, Vni proprium qui cum matre concubuit, auctore Ovid lib. 7. Metam.

Menes, *Ἰπποκράτης*. Ger. Der erste aus alien dem Rhoigen so von je isten der Aegypten beherrscht haben. Teste Herodoto, primus omnium hominum in Aegypto regnavit, sub quo tota Aegyptus, praeter Thebaicam plagam salubris fuit.

Menechtheus, *Ἰπποκράτης*, Vni fortis nomen, qui una cum Adraeto & Thydeo profectus est ad bellum Thebanum. Vide Strab. lib. 6. Thebaid.

Menechtheus, *Ἰπποκράτης*, Nomen Nymphae, a memorando dictum. Menechtheus, *Ἰπποκράτης*, Fuit Arithoi & Philomeduse filius, ex Acha civitate, quem Paris in bello Troiano occidit, Homerus in initio lib. 7. Iliad.

Mentix, *Ἰπποκράτης*, Nomen insulae, ex adverso minoris Africae (ut docet Plin. lib. 5. cap. 7.) quae in longitudinem patet trigintaquinque millia passuum, in latitudinem viginti quinque. Vulgo *Gelae*.

Menippus, *Ἰπποκράτης*, Phoenix, philosophus Cynicus, conditione servus, qui nihil memoria magnopere dignum reliquit, praeter Nanias aliquot, Testamenta, & Epistolas, & id genus nugae crebris salibus, Cynicamq; mordacitate refertas: ad quarum imitationem M. Varro Satyras conscripsit, quas ab illius nomine Menippaeas appellavit, ut tradit Macrobius in Saturn. Hic ad rem aeneidam tam avidus fuisse dicitur, ut etiam nauticam foenus exerceret. Qua ratione immensam pecuniae vim brevi coagessit, quam quum per insidias sibi comperisset esse ereptam, laqueo vitam finivit. Haec Diogenes Laertius. Fuit item, teste Suida, Menippus quidam Poeta Comicus. Alius item Stratonicensis, toto Asia discretissimus, praceptor Ciceronis, ut ipse in Bruto testatur. Pedit a me (inquit) Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exerebar ipsi iuventibus: quorum erat princeps Menippus Stratonicensis, meo iudicio tota Asia illis temporibus discretissimus: & si nihil habere molestiarum, nec ineptiarum, Atticorum est, hic orator in illis numerari recte potest. Haecenus Cicero in Bruto.

Mentus, Lycionis filius, qui quum patre in lupum verso, & domo conflagrante Iovem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est.

Mentus, COS. Romanus anno ab urbe condita 430, devictis navali praelio praefectis Latinis & Antiatis, eorum rostra navium aetata in foro posuit, appellarique forum Rostra coepit. Auctor Liv. lib. 8, & Plin. lib. 34. cap. 5.

Menlaeria, *Ἰπποκράτης*, Ptolemaeo lib. 2. cap. 6, Hispaniae vrbs: vulgo *Marcia*.

Menedotus, *Ἰπποκράτης*, Medicus insignis, aetate Serapionis, cuius meminit Galenus in Therapeut.

Meneceus, *Ἰπποκράτης*, Thebanus filius Creontis, qui pro patriae salute sanguinem suum, atque ad eam vitam ipsam sponte profudit. Nam quum Thebanis eo tempore, quo ab Argivis obsidebantur, redditum esset oraculum, urbem salvam fore, si ultimus ex Cadmi posteris, spontanea se morte manibus ejus devoveret, intelligens Meneceus oraculum illud ad se pertinere, nihil cuotatus, suo sibi gladio necem conscivit. Vide Statium 10. Thebaid.

Meneceus, penult. prod. *Ἰπποκράτης*, Vrbs Phocensium ultima, quae ad Occasum vergit.

Meneetes, *Ἰπποκράτης*, Nomen unius ex sociis Aeneae. Virgil. 5. Aen. Rectorem navis compellat vocat Meneeten.

Meneceus, *Ἰπποκράτης*, teste Homero, filius Aetoris ex Aegina, quam vitiatam Iupiter illi in conjugem dederat. Hic postea relicta Aegina matre Opuntem Locrorum se contulit, ibique Patroclum ex Schenele uxore suscepit, qui ab eo Meneceades appellatur. Ovid. in Epist. Penel. Si ve Meneceades fallis cecidisse sub armis, &c.

Menoles, Vide MARNOLE S cum diphthongo.

Menon, *Ἰπποκράτης*, Arrogantissimus Sophista, Socratis aetate: cuius meminit Plutarchus in libello, quem *de velo philiae* inscripsit.

Menophilus, *Ἰπποκράτης*, Eynuchus fuit, cui Mitridates a Pompejo victus Iliam servandam dedit in arce quadam: quam quum Manlius Priscus obsidisset, defensoresq; deditionem parantes Menophilus sentiret, puella interfecta, gladium in viscera sua compegit, veritus ne captiva caperetur & violaretur. Auctor Ammianus Marcel. lib. 16.

Menofica, *Ἰπποκράτης*, Oppidum Vardulorum in Tarraconensi Hispania, cuius meminit Plin. libro 4. capite 20, & Ptolem. lib. 2. capite 6.

Menofada, Vide MONOSGADA.

Menotharus, *Ἰπποκράτης*, Fluvius in Maeotim influens, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

Mentecostus, *Ἰπποκράτης*, Civitas est Hispaniae, in finibus Celtiberiae. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Mentelii, *Ἰπποκράτης*, Oppidum Hispaniae, in plaga Australi Celtiberiae. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Mentoras, *Ἰπποκράτης*, Germ. Die Themas. Fluvius olim dicebatur, quem nunc (Eustathio in Dionysium teste) *Istrum*, sive *Danubium* appellamus.

Mentor, totis, pen. cor. *Ἰπποκράτης*, Mirus fuit in vasis celandis artifex Iuven. Satyr. 8. raris sine Mentore mentis. Plin. lib. 33. cap. 11. L. vero Crassus orator duos scyphos habuit, Mentoris artificis manu cataros, sceleris C. Idem lib. 12. Mentori quotidie testimonium perhibet Capitolinus Iupiter, & Diana Ephesia, quibus sacre consecrata eius artis vasa.

Mentoreus, *Ἰπποκράτης*, um, Propert. libro 1: Lesbiam Mentoreo vina bibas opere.

Mentores, pen. cor. *Ἰπποκράτης*, Stephano, Populi fuerunt in Ilyrico: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

Mentyrna, *Ἰπποκράτης*, Vrbs Samnitum in Italia. Gentile Mentyrnaeus.

Menus, Vir inter Samnites natus, qui mirae solitudinem amabat, in qua nequa per otium perpetrare faceret, apes curabat. Mentuthias, *Ἰπποκράτης*, Steph. Insula est Aethiopiae adiacens, iuxta Prallum promontorium: cuius meminit & Ptolem. lib. 4. cap. 6. Vulgo *Madagascaria* sive *Isa de S. Iorja*.

Mentuthis, *Ἰπποκράτης*, Vicus Aegypti non procul a Canopo: cuius incolae Menuthitae, *Ἰπποκράτης*, vocantur, Steph.

Mephitis, Vide in APPELL.

Mera, *Ἰπποκράτης*, Proprium nomen sacerdotis Veneris. Stat. libro 8. Theb. Aegae Veneris quos Mera sacerdos Ediderat perhibente Dea. Mera item Praxi & Antix filia fuit, quae quum venationi dedita, Dianam per nemora sequeretur, a Iove visa & dilecta est, qui sumpta Dianae figura, eam concubuit. Quapropter quum postea ob patrii scelus pudorem, timens ne deus deciperetur, vocanti se Dianae obsequi nollet, ab eadem sagittis confossa occubuit. Tandem in canem est mutata. Ovid. lib. 7. Metamorph. Et quos Mera novo larratu teruit agros, & est etiam alterius canis nomen, de qua supra in dictione ERIGONES.

Mercursus, German. Ein Sohn Iovis vnd Maja, der Kauffmann der Götter den Helden. Iovis & Maja filius, ita dictus a mercibus, eo quod negotiatoribus praesidere existimetur. A Graecis *Ἰπποκράτης* dicitur, *Ἰπποκράτης* hoc est, ab interpretando. Variis a Poetis appellatur nominibus: nam modo Logius dicitur, modo Argiphontes, modo Nomius, modo Cyllicus, & Praeter hunc tres alii fuisse Mercuri dicuntur: unus Caeli & Diis filius: alter Liberi & Proserpinae: tertius Iovis & Cylle.

nes, quem fama est ab Argi eadem profugum, literas Aegyptias ostendisse: verum omnes ad Majæ filium referuntur. Atlas in capite, & in pedibus ponunt, volentes signare velocem ferri per aëra sermonem. Ideo deorum nuntium dictam putant: quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dicitur est Deus facundia, quod hominibus eloquentiam præstare putabatur. Habitus Deus mercatorum, palæstra, futurum *Mercurius*, Lyram invenit: Hermaphroditum ex amore Venere genuit: Martem e carcere liberavit: Argum interemit: Prometheus in Caucaſo religavit. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Aegyptiorum sacerdos, superioris (ut putatur) nepos, qui à Græcis *Ἡρμῆς ἑρμῆς* hoc est, Mercurius ter maximus dictus est, quod & summus esset sacerdos, & sapientissimus philosophus, & rex potentissimus. ¶ Est etiam Mercurius unus ex septem planetis, cujus corpus cunctorum siderum minimum, ferè semper subest radiis solaribus, à quibus non recedit longius, quàm viginti octo gradus. Ideo ab Astronomis *Mercurius* dicitur, quod est, radians. Unde etiam solutus & perulatus fingitur, quod Soli vicinior sit, quàm reliquæ stellæ. C. lib. 3. de Nat. deor. quinq; Mercurios commemorat: Mercurius (inquit) unus Cælo patre, Die matre natus, cuius obli. cœnitus excitata natura traditur, quod aspectu Proserpine commemoratus sit. Alter Valens & Phoronidis filius, is qui sub terra habetur, idem Trophonius. Tertius, Iove tertio natus ex Maja, ex quo & Penelopa Panæ natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare. Quintus, quem colunt Phœnææ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptiis leges & literas tradidisse. Hactenus Cic. Virg. 4. Aen. Tunc sic Mercurium alloquitur, acta iam mandat, &c.

**Mercutiores**, Videtur fuisse sodales ex collegio aliquo in honorem Mercurii instituto. Cicero ad Qu. Frat. lib. 2. M. Furium Fiacum, equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini, & Mercutiales de collegio eiecerunt.

**Mercutiores**, Diminutivum à Mercurio apud Apuleium in Apologia: Ita minutatim ex tabulis compacta crassitudine Mercutiores expediri potuisse.

**Mercutiores**, Fuit, teste Homero li. Iliad. 2. Auriga Idomenæi, & cum eo dux navium, quæ à Creta venerant ad Trojam, Masti, ut ait, Masti arbitrio comparandus.

**Mercus**, Mons Thraciæ, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

**Mermeros**, Vnus ex Centauris. Ovid. Metam. 12. Quiq; pedum nuper certamine vicerat omnes Mermeros, accepto tum vulnere tardior ibat. *Mermeros* autem Latine curiosus interpretatur, à verbo *μερμερῆς*, cogito & consulo.

**Mermellus**, *μερμελλος*, Vros Troadis, Sibylle Erythræ patriæ, ut Stephano placet, qui etiam ab urbis hujus rubedine Erythræam eam appellatam existimat. Straboni tamè magis credendum existimo, qui lib. 14. Erythræam Sibyllâ dictam existimat, ab Erythris Ioniarum urbibus non procul à Clazomenis sita.

**Mero**, [Ger. *Weinshaus* ist ein junah gewöhn Kaysers *Neronis*.] per jocum dictus est Tiberius Cæsar, pro Nerone: quod impendio vinosior esset. Tranquillus in Tiberio Cæsare: In casibus tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio. Biberius: pro Claudio, Caldus: pro Nerone, Mero vocabatur.

**Meroë**, roes, dictio trisyllaba. [i. e. German. *Die Hauptstadt der Insel Meroë des Fluss Nilus* vulgò *Saba*.] Insula Nili Metropolis, à qua & tota insula Meroë dicitur. De hac ita scribit Herodotus: Meroë fuit olim regni caput: clypei figura ea insula imitatur, ad tria millia stadiorum ab Nilo protensa: accolunt pastores eam, qui passim venantur, & agricolæ qui aurifodinas habent: Hanc Cambyses condidit, appellavitq; à nomine sororis Meroë. Quam enim Aegyptum omnem occupasset, Meroë secum usq; ad Aegyptios duceus processit: quæ quæ ibi mortem obisset, urbi nomen indidit. De hac Lucan. lib. 10. gurgite rupto Ambitur nigris Meroë fecunda colonis. Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, eburum. Præterea fert & lapidum multiplex genus: distatque à Syene quinq; millibus stadiorum, ultra quam est torrida zona. Exuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septingentas esse scribit Diod. lib. 1. & 17. Strabo lib. 16.

**Meropis**, ex. pen. cor. [i. e. Ger. *Die Hauptstadt der Insel Meroë des Fluss Nilus* vulgò *Saba*.] Vna filiarum Atlantis ex Picione Nympha, cujus stella ex septem Plejadibus obscurissima apparet, quod quum sorores omnes diis nupsissent, sola Sisypho nupsit homini mortali. Ovid. 4. Fast.

**Meropia**, [i. e. Ger. *Die Hauptstadt der Insel Meroë des Fluss Nilus* vulgò *Saba*.] Insula est una Cycladum, quæ aliis nominibus & Siphnos, & Acis appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

**Merops**, *μεροπῆς*, Insula est Carie adiacens, quæ notiore nomine Caris appellatur Plin. lib. 5. cap. 31. Vulgò *Langos*.

**Meropus**, pen. cor. [i. e. Ger. *Die Hauptstadt der Insel Meroë des Fluss Nilus* vulgò *Saba*.] Mons Græciæ juxta Thessaliam,

variis præteritis anfractibus: qui undique relictione Echæ, voces diversas red dunt de etiam appellationem formata est.

**Merôs**, sive **Merus**, *μαρῆς*, Mons est in sinibus Iodæ. in cuius radice Dionysius in Indiam proficiscens, Nyfam urbem condidit. Curt. lib. 7. Nyfa sita est sub radicibus montis, quem Iodæi accole appellant. Inde Græci mentendi usare locum, Iovis semine Liberum patrem esse celatum. Græcè enim *μαρῆς* femur significat.

**Merüsium**, *μερυσίον*, Sicilia locus 70 à Syracusa stadiis distans: cuius incolæ Merüsü dicti sunt. Autor Stephanus.

**Mesapia**, *μεσῆσις*, Vulgò *Mesimbr*. Megarensum colonia, quam antea Menebnam vocabant, quæ Menopolim: id est, Menæ civitatem. Eius enim x. dicator Menas appellabatur: Bria verò sermone Thracio civitas vocatur. Ilac Strabo lib. 7. Mesembriaci portus meminit Ovid. 1. Trist. Eleg. 9.

**Mesä**, *μεσῆ*, Vide **MÆSIA**.

**Mesä**, *μεσῆ*, Messeniæ agri oppidum, inter Taygetum montem, & Messenem urbem situm. Gentile est Meiolæus, Stephanus.

**Melomédēs**, pen. prod. *μελομῆδης*, Poëta Lyricus ex Creta oriundus, Adriani Cæsaris liberatus: in cuius gratiam scriptis laudes Antinoi, qui Adriano in deliciis erat. Suida.

**Meson**, Vide in **APPELL**.

**Mesopotamis**, *μεσοποταμία*, cognominatus est Neptunus qui apud Etesum Lesbii insulæ civitatem colebatur, Stephanus.

**Mesopotami**, [i. e. *מֶסוֹפּוֹטָמִי* *arab. naharajin. mesopotamia*. Germ. *Ein Landstrich in Asien zwischen dem Tigris und dem Euphrat* vnd *Tigris getegen*.] Regio majoris Asiæ inter Euphratem & Tigridem: unde nomen habet: *mesos* enim medium sonat, & *potamis* fluvium. Tacit. lib. 5. Mox repetita amicitia regis, multo apud eum honore, præfatus campis, qui Euphrate & Tigri inclytus amnis circumdatus, Mesopotamiam nomen acceperant. Habet hæc regio Tigridem ab Oriente, & Euphratem ab Occidente: à Meridie Babyloniæ: ab Aquilone Caucasum & Mesopotamiam impingunt Euphrates (ut inquit Suidas) annuæ inundationis excessibus teris superfluis. Hæc regio etiam dicta est Seleucia, ut lib. 6. refert Plinius.

**Messabi**, *μεσάβη*, Urbs Carum. Gentile Messabeus, Stephanus.

**Messala**, *μεσάλας*, pen. prod. *μεσάλας*, Dicitur est Valerius Corvinus quia Messala in Sicilia expugnavit, & urbis capie in struendo nomine, Messala primò, paulatimq; vulgo permutate literas, Messals dicitur est. Hinc Valeria familia Romæ illustissima, ex qua Messala Corvinus orator nobilis ortus habuit, hic quæ pro vectore gratæ esset ante biennium quàm moeret, adeo memorie sensum amisit, ut vix paucula verba conjungeret, & nominis quoq; sui immemor esset. Tandè verò ulcere onerato, seipsum in media cõfecit: autor Cælius, & Cæcilius lib. 1. cap. 12. Is orator fuit (Fabio teste li. 10. cap. 1. Invidus & candidus, & quod amo do præterens nobilitatē suam: viribus tamè minor. Illius familia Corvini cognomen tulerit à corvo, qui Valerio Tribuno, uni ex majoribus, adversus Gallum pugnantem succurrit, ut meminit Gell. lib. 9. cap. 11. Liv. lib. 7.

**Messalinus**, pen. prod. *μεσάλην*, nomen filii Barbati Messalæ, consobrini Claudii Imperatoris. Tandem à Claudio supplicio affectus, quæ C. Silio nupsisset. Autor Tranquillus in Claudio. Prodigiosam huius libidinem lege apud Iuven. Satyr. 6. Tacit. lib. 11. & Plin. lib. 10. cap. 62.

**Messana**, *μεσάνη*, Ger. *Ein veltmæpste Stadt in Sicilien* vnd *ein dem Mædîschischen vorgebirg Tigris getegen*.] Urbs est Sicilia propinqua Peloro promontorio, à Messenis Achæiæ populis condita, & à nomine relicta ab illis urbis ita appellata. Silius lib. 5. Incumbens Messana fretis, nivibusq; revulsa. Huius incolæ primùm Messanenenses dicti: postea quæ Mamertini à Cæpania, eò colonos misissent, ipsi quoq; Mamertini sunt vocati. Fuit inde origo primi belli Punicæ, ut Florus tradidit, lib. 1. Ejuş ger fecacissimus est vini, quod Mamertini appellatur. Martial. Amphora Nestora tibi Mamertino senecta Siderur, &c.

**Messapæ**, *μεσῆσις*, Laconici agri locus, in quo Iopinet colebatur, ut ex Theopompi sententia refert Stephanus.

**Messapia**, [i. e. Ger. *Die Hauptstadt der Insel Meroë des Fluss Nilus* vulgò *Saba*.] Regio est in extremis finibus Italiæ peninsulæ forma, isthmus non admodum lato, qui est inter Brundisium & Tarentum continenti adhaerens. Eadè & Iapygia dicta est. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11.

**Messipion**, *μεσῆσις*, Eubœæ insulæ montis dicitur à Messipo quodam, qui inde in Italiam coloniam deduxit, Stephanus.

**Messipus**, *μεσῆσις*, Vnus ex fortissimis Italiæ ducibus, qui

Tuto

Turno adversus Aeneam supplicias tulit. Virg. 7. Aen. At Metellus equum domitor, Nepunia proles, Quem utq; fas igni quocumq; am, vel sternere ferro.

Mellis, *μελις*, Theſſal. x. ſons eſt, non procul à Pharfalo oppido: cujus meminerunt Plinius libro 4. capite 8, & Strabo libro 9.

Mellens, *μελις*, Civitas Græcæ in Peloponneſo, à qua Mellens dicti ſunt, qui in Sicilia ad Pelorum promontorium urbem condiderunt, quam à nomine patris *μελις* appellaverunt. Latini in a longum commutato, vocant Mellanam. De Mellens ita ſcribit Hieronymus in Iovinianum: Spartana, & Mellens diu inter ſe habuere amicitias, in tantum, ut ob quamdam ſacra etiam viginti ad ſe mutuo mitterent. Tandem vero Spartani Mellens, propter frequentem defectionem, in ſervitutem redegerunt, eoſq; durius etiam quam reliquos ſervos traſtarunt, ne denuò res novas molirentur. Hinc adagiù natum: Servilior Mellena. Hi ſe nota literæ M, cognobiles reddebant.

Mellias Hebr. Græcè Chriſtus, Latine Vnctus. Ger. *Meſſias* dicitur.

Mellio, *μελις*, urbs Laconia, & tribus eiusdem. Gentile, Melliores Steph.

Mellonium, Ptolemæo lib. 2. cap. 13. Germaniæ urbs: vulgò *Mellonburg* in Saxonia.

Mellögis, *μελις*, Mons Lydiæ: inde Mellögites, optimi vini ſerax, Stephanus.

Melliliſ, *μελις*, Dux Mæonum, qui unâ cum fratre Antipho Trojanis ſupplicias tulit adverſus Græcos, Homer. libro 2. Iliad.

Mellibus, *μελις*, Silyphi filius fuit, teſte Stephano, & nepos Acolis, qui Metapontum in Italia ſinibus condidit.

Melachœum, *μελις*, Aex Bœotia, inter Orchomenum & Coroneam, quam alii Metachœum appellant, Stephanus.

Melagonium, *μελις*, Promontoriū Aſiam à Numidia dividens ita dictum, quod angulare ſit. Ab hoc promontorio Numidia ipſa Metagonia dicitur. Auctores Plin. lib. 5. cap. 3, & Mela lib. 1. Vulgò *Cabo de tres arcos*.

Metapa, *μελις*, Acarnania oppidum, apud Polybium lib. 4. cujus gentile eſt Metapeus, Stephanus.

Metapinum, teſte Plinio, libro 3. capite 4. unum eſt ex oſſibus Rhodani.

Metapontis, vidit, *μελις*. Ger. *Metapont* in Carpathio *Meſſias* dicitur. Inſula eſt in mari Carpathio, inter Rhodum & Gnidum ſita, recentiore nomine *Syme* appellata, à Syme laſyſi filia. Vide Stephanum in diſtione *S Y M E*.

Metapontium, *μελις*, Ptolemæo, quali tranſpontum, diſtu eſt oppidum Italia in ſinu Tarantino: à quo Metapontini populi à Pyliis, qui Neſtore duce à Troja navigaverunt, conditum: ad eò terræ proveniunt, & agricolatone ſœlix, ut ea gratia auleam æſtatem Apollini Delphico, aliquando donû obtulerit. Pompon. lib. 2.

Metatum, *μελις*, Leſbi oppidum, à Meta quodam Tyrreno ita appellatum, Stephanus.

Metaurus, & Metaurum, *μελις*. Ger. *Metro*, in ſuſ in Italem] Umbrie fluvius per Flaminiam decurrens, & inter Fanum Fortunæ, & Senogalliam in mare deſuens. Iuxta hunc fluvium Claudius Nero Conſul, cum Livio Salinatore ad interencionem ejus exercitu deleto, Afrubalè interfecit. Plin. lib. 3. cap. 14. Nunc in ora Bumen Aëſis, Senogallia, Metaurus fluvius, colonia Fanum Fortunæ, Piſaurum cum amne. Lucan. lib. 2. In ſerum cecidère latus, velosq; Metaurus. Cruſtumiq; rapax Horat. lib. 4. Carm. Ode 4. Quid debeas, o Roma Nerobus, Teſtis Metaurum flumen: quo in loco Metaurum flumen, neutro genere protulit, ſicut alibi Rhenum: Quum flumen Rhenum aut pluvius deſcribitur arcus.

Metalis, *μελις*, Oppidum Aegypti, nò procul ab Alexandria, recentiore nomine *Beſin* appellatum: à quo vicinus Nomus Metalites dictus eſt, Stephanus.

Metellus, *μελις*, Cæciliorum familiae cognomen, ex qua non pauci fortiffimi, & eiq; publ. utiſſimi cives orti in primis L. Cæcilius Metellus Pontifex Maximus, quem ad eò impeditæ ac balbutientis lingue fuiſſe tra dunt, ut multis menſibus fatigatus, totuſq; ſit, dum medicaretur dicenda in æde Opiferæ dedicanda. Hic fuit ille Metellus, qui teſte Plin. lib. 7. cap. 44. conſagrante aede Veſta, Palladium Troja adveſtum, ſubtraxit ab incendio, magna quidem pietate, ſed eventu miſero. Nam dum in flammis avidius ſe conſiceret, orbatus eſt viſu. Juven. Satyr. 3. Da teſtem Romæ tam ſanctum, quam ſuit hoſpes Numinis Idæi, procedat vel Numa, vel qui ſervavit trepidam flagranti ex arce Minervam. Hic Metellus etiam primo bello Punico de Pœnis ſpicioſiſſimè egit triumphum, XII. duobus hoſtium, & CXX. elephanſis in eo ductis. & C. Metellus, à domita Macedonia Macedonicus eſt vocatus, Prætor

Pſeudophylippum, & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphans Mummio tradidit. In viſus plebi ob nimiam ſeveritatem, & id eò Conſul ægrè factus. De hoc Liv. lib. 59. & Memorantur alii plures Metelli, ut Balearicus, Viritatus, què Plinius Diaſematum vocat. & Metellus præterea Numidicus, qui de Numidia rege Jugurtha triumphavit. Cujus meminit Cicer. & item Aulus Geſt. cap. 6. lib. 1, & lib. 6. cap. 11. & Metellus Creticus à devicta Creta dictus, cujus meminit Plutarchus in Pomponio. & Metellus Dalmaticus, à devictis Dalmatis. Auctor Paſſianus in Act. 3. contra Verrem. & Metelli, Plebei fuerunt, ut ait Liv. lib. 19. verum claris victoriis & magiſtratus, Cæciliq; omnes appellati.

Methone, pen. prod. *μελις*. Vulgò *Medan*. Ger. *Met* eſt in Peloponneſo am. *Meer* gelegen in der *Meſſenſer* *Stige*. Civitas eſt littoralis Peloponneſi, in Melleniaca regione, quam quum obſideret Philippus Rex Macedonû, Alexandri Magni pater, oculum amiſiſſum ſagitte, quam jecerat Aſter oppidanus, cui quoq; inſcriptum erat: Aſter telum Philippo immiſit in oculum. Valer. Flacc. lib. 1. Neleidesq; Periclymenus, quem parva Methone, *μελις*. Hujus meminit Ptolem. lib. 3. cap. 16. Hodie *Medone*.

Methone, Steph. Vrbis Thraciæ, Homerus per 2. *μελις* *μελις*, *μελις* *μελις*. Civis Methoneus. Alia eſt Macedonia. Abundat vino, quod Græci *μελις* vocant: unde nomè Alia eſt Laconicæ cujus gentile Methoneus. Quarta, Perſidis. Quinta, Eubœæ.

Methuriades, *μελις* Stephano, ſive (ut apud Plin. legitur, Methurides, inſule quatuor ſunt in ſinu Megarico, nò procul à Troæne. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Methydrium, *μελις* Steph. Arcadiæ oppidum eſt, de quo Strabo lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 6.

Methymna, vel Methymne, *μελις*, Vrbis Leſbi, apud quam nalcitur gencioſum vinum. Ovid. 1. de Arte amandi. Gargara quot ſegeres, quot habet Methymna racemos.

Methymna, *μελις*, Idem lib. 11. Metam. Et Methymna a portuatur litore Leſbi. Ab hac urbe ortum habuit Ar. on cithææ cædus nobilia, quem Herodorus à prædonibus in mare projectum, & à Delphine incolumem devedum in portum ad Tenarum ſabularat.

Metiſchus, *μελις*. Fuit, teſte Herodoto libro 6. Miltiadis Athenienſium ducis filius, qui cum à Phœnicibus captus, ad Darium Perſarum regem, contra quem bellum gerebat, adductus eſſet, donatus ab eo ampliffimis rebus, divitiis auctus, data uxore Perſica ex qua liberus ſuſciperet, & magno in honore habitus ſecur.

Metis, *μελις*. Nympha Oceani & Tethyos filia, ſic dicta à conſulendo: *μελις* enim conſilium ſignificat. Hujus meminit Heſiod. in Theogonia. & Eſt & urbs in Mediomatrixibus ſitâ, hujus nominis. [Ger. *Met*.]

Metiſcus, Turni auriga. De quo Virgil. lib. 12. Aen. Aurigam Turni media inter lora Metiſcû Excubit. *μελις*. Sunt qui ſcribendum putent Meſiſcus, eymon ejus deducetes à Græco verbo *μελις*, quod eſt inebrior.

Metius Suffectus, Dux Albanus tempore Tullii regis Romanorum, qui quod ex præſcripto ſæderis ad belli locieratem cõtra Fidenates vocatus, eunubus in hoſtem Romanis, ſuoſ prælo eduxerat, juſſu Tullii duabus admotis quadrigis diſcerptus eſt. Vide Liv. lib. 2. ab Urbe.

Merius Geminus, dux Tuſculanorum, ſuperatus à Romanis bello Latino. & Merius item Curtius, Sabinorum dux cõtra Romulum, ob raptas Sabinas acriter pugnavit.

Merius Carus, Delator inſignis, de quo Plin. 1. Epiſt. ad Volcanium, & lib. 6. ad Hispanum.

Metra, Eriſichthonis cujuſdam Theſſali filia, meretrix liberali forma, ad quam qui commeabant adoleſcentes, corporis copiam non aſſequebantur, niſi equos, boves, ampliffimæque deſerrent munera: quia nondum id temporis repertus fuerat gemmarum uſus. Porro Theſſali per jocum dicebant: Metram Eriſichthonis vetti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur: unde fluxit proverbium: Mutabilior Metra Eriſichthonis. Ovidius libro 8. Metamorphoſeos.

Metrocles, *μελις*, Cynicæ ſectæ Philoſophus, & diſcipulus Crætes, qui Hipparchiâ fororem ejus in matrimonium habebat. Vide Latium.

Metrodorus, pen. prod. *μελις*, Piſtor, & philoſophus Athenienſis, Carneadis auditor. Cicero de Orat. lib. 1: Erat, *μελις*, etia Metrodorus, qui cum illis unâ illum ipſum Carneadem diligentiùs audierat. & Fuit præterea Metrodorus quidam Scepius, qui poſtea relicta philoſophia, ad civilium rerum adminiſtrationem ſeſe contulit. Hic oratori inſcriptis ſuis, quam philoſopho vicinior ſuit, noviq; quodam dicendi genere multos à ſui imitatione deterruit. Propter nominaſ tamen famam, quaquam pauper erat, clarum conjugium



apud Carthaginienses assequutus, Carthaginiensis civis est habitus. Quomodo amicitia Mithridatis regis sibi conciliasset, ad illum cum uxore profectus, honore maximo ab eo affectus est. Nam iudicando praefectus dicitur fuisse cum potestate tam ampla, ut ab eo ad regem provocare non liceret. Quae tamen res ei non feliciter cessit. Nam quum hominum aliquot improborum odium incurrisset, legatus ad Tigranem Armeniorum regem missus, a Mithridate descivit. Quam ob rem comprehensus a Tigrae, inivitus ad Mithridatem remissus est, quo in itinere, sive regis opera, sive morbo (nam utrunque dicitur) exstinctus est. Hae Strabo lib. 13. Huius etiam meminit Cicero, memoriamque eius commendat Tuscul. quaest. lib. 1. Non quapropter, inquit, quanta memoria Simonides fuisse dicitur, quanta Theodectes, quanta is, qui a Pyrrho ad senatum missus est legatus, Cineas, quanta nuper Carneades, quanta qui modo est fuit, Sceptus Metrodorus, quanta noster Hortensius. Haec tenus Cic. Fuit & Metrodorus quidam Chius, qui universum sempiternum esse dicebat. Fuit item Metrodorus Lampfacenus, Epicuri discipulus, fidelissimusque amicus, Strabone, Diogenique testibus.

Metrodolis, *μετροδολις*, Verbs Phrygiae, teste Stephano, a Cybele Deum matre condita. Item alia eiusdem nominis, in conventu Arameno. Tertia in conventu Ephesiorum ad Caystrum fluvium. Stephanus praeterea alias septem enumerat, quarum primam in Lydia, secundam in Thessalia collocat: tertiam Aetnae, quartam Scythiae attribuit reliquas tres in Ponto, superiore Thessalia, & Euboea constituit.

Mevania, *μεβανια* Ptolemeo, vulgo Mevania, Civitas Umbriae, in clivis Propertio alumna, sita ad viam Flaminiam, armentorum & gregum ferax. Lucan. lib. 11. sauriferis, ubi se Mevania campis explicat. Plin. lib. 3. cap. 14. In Italia quoque latetitia murus Arctii & Mevaniae est. Huius urbis incolae dicitur Mevanates. Plin. lib. 3. cap. 14.

Mevius, [Ger. Ein vngeschickter Poet, der den Virgilium vnd Horatium verachtet, damit er darinn seinen wackeligen Poeta ineposissimus Virgili & Horati temporibus, utriusque inivitus, quod poemata illorum insectaretur, & ex alienae laudis obtrectatione gloriam aucuparetur: unde & Virgiliomastix vulgo appellatus est. Virgil. 1. Aeglog. Quis Bavius non odit, amara tua carmina Mevi: Atque idem jungat vulpes, & mulgeas hircos. Horat. lib. 1. Carm. Mala soluta navis exit alite, Fercus olcament Mevium.]

Mezentius, Tyrrhenorum Rex, summus deorum contemptor, a subiectis populis ob immanem crudelitatem cum tota familia expulsus: qui una cum Lauso filio fugiens, ad Turanum Rutilorum regem pervenit, cum quo adversus Aeneam profectus est, sed inauspicato: Aeneas enim ipsum cum filio in pugna interfecit. Virg. 11. Aeneid. At Iovis inter ea motus Mezentius ardens Succedit pugnae, Fuit impius in homines sine deorum respectu, inquit Macrobius.

M ante L

Miacorus, pen. prod. *μιακουρος*, Chalcidis oppidum, apud Theopomp. libro 25. referente Stephano. A quo fit gentile Miacorus.

Miciph, Numidarum Rex, Massiniae regis filius, qui Iugurtham Manabulibus fratris filium, una cum Adherbale & Hyempsale filii regni participem reliquit. Autor Sallustius de bello Iugurthino.

Midreum, vel Midreum, *μιδρεον*, Phrygiae oppidum Stephano Plin. lib. 5. cap. 32. Midraion appellat.

Midas, *μιδας*, Ger. Ein König in Phrygia, ein großer Göttern. Gordus bubulci filius, & rex Phrygiae, qui cunctos penes reges pecuniae abundantia antecessit. Huic (ut est in fabulis) propter Bacchum hospitio susceptum, concessum est ut quicquid vellet, optaret, futurus voti compos: optavit autem ut quicquid corpore contigisset, in aurum verteretur: quod, annuente Baccho, factum est. Sed quum cibus & potus contacti etiam in aurum mutarentur, sensit tandem stolidus, se stultum petiisse: & facti poenitentor, oravit Bacchum ut hoc munus auferret: tum Bacchus iussit ut in Pactolo flumine se lavaret, & sic liberaretur. Quod quum fecisset, coepit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Postea quum Phaeus & Pan carmine certarent, & Midas iudex electus cum Tmolus monte (qui Phaeum victorem pronuntiaverat) secundum Pana iudicium tulisset, indignatus Apollo asinas ei auriculas addidit, quas tam scire occultavit, ut nemo sciret praeter solum tonsorem: qui quum rem inauditam tacere non posset, fossam ingressus proclamavit: Aures asinae habet Rex Midas. Deinde fossam terra adoperuit, successitque temporis creverunt illic arundines, quae compota vocem quam tonsor insonderat, reddiderunt. Vide Ovid. 11. Metam. Arguitur tamen, atque iniusta vocatur Vnius sermone Midas: Nec Delus aures Humanam stolidas patitur retinere figuram, Nonnulli dicunt, quum inter Apollinem & Martham decertantes iudex constitutus esset, & ipse pro Mar-

thy sententiam tulisset, auriculis asinae a Phaebo fuisse donatum. Hinc natum est proverbium: Auriculas asinae Midas habent, quo utimur in stolidos, & crassos auribus, pinguique iudicia homines. Alii narrant, quum praeteriret aliquando Liberi pater asinos, atque eos afficeret in iuria, iratum Bacchum Midas auriculas asinae addidisse. Sunt qui dicant huic aures aurea praefulgas fuisse: & asinarum instar prominentes: atque hinc fabulae locum ortum esse: quum quum pluribus placeret, haec allegoria significatu Midas tyrannum Coryceos ac subauctorator: demittere solitum, per quos quaevisque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, mirum illis uteretur aurium vice. Proinde quum vulgus admittitur, ab illo resciri etiam ea quae clam ac procul fierent, occasione fabulae datam esse, ut Midas diceretur auriculis asinae habere. Vel quod nullum aliud animal acutus auriat, quam asinus, excepto mure: vel quod aures habeat omnium longissimas. Pessius: Auriculas asinae quid non habet? Feram nonnulla primum potest scripsisse, Auriculas asinae Midas rex habet: deinde de metu Caesars scripturam mutasse, Quis non habet? Haec ex Erasmi Chlidibus.

Midia live Midea, pen. prod. *μιδια* Steph. Oppidum in Argivo, ita dictum a Midia Aio di filia, quum antea Persepolis appellaretur. Meminit huius Homer. lib. 2. Iliad.

Midian, urbs est cisca rubrum mare sita, nomen habens a quodam Abrahami filio & Cethura prognato. Inde Medianum, gentile.

Mieza, *μιεζα*, Oppidum Macedoniae, quod olim Strymonium vocabant: a Miez a Beretis Macedoniae cognominatum. Autor Stephanus. Huius oppidi meminit Plin. lib. 31. cap. 2.

Milciades, lege infra MILTIADIS.

Miletopolis, *μυληπολις*, Verbs in minore Asia, inter Creticam & Bithyniam, ad Rhyndacum amnem, cuius meminit Strabo libro 12.

Milerus, *μυληρος*, Ger. Ein Sohn Apollinis vnd Argos, nach in Asiam entzogen, damit er nach dem Cretensischen König trethet. Filius fuit Apollinis, & Argos Cleochi filius: vel (ut Quintus censet) Dejonis, qui quum Mino a Cretensium regem jem senem regno private vellet, a Iove terentus, in Samum, deinde Cariam Asiae regionem fugit, ibique oppidum condidit: quod de suo nomine Milerum appellavit, eiusque incolae Mileros. Ovid. lib. 9. Metam. Tunc erat invalidus, Dejonidemque, irata Robore Milerum, Phaeboque parente superbum Perimait, credensque, suis insurgere regnis, Haud tamen est patris aere penatibus ausus. Sponte fugis, Milerus tuus, ceteraque Cannae Argos metiris aquas, & in Alide terra Moenia conditus postibus habentia nomen. Alii tamen aliam asserunt nominis rationem. Vide in dictione sequenti. Inde Milerus, Idia, Paroicum: id est, Byblis, Miletus filia.

Milerus, pen. prod. *μυληρος*, Ger. Ein Sohn in mindem Asien den Apollonion vnd Caria getogen. Verbs in finibus Ioniae, & Cariae, auctore Herodoto adificata a Miletio Solis & Dejonis filio, ut testatur Ovid. 9. Metamorph. Strab. lib. 10. a Sardone conditam mavult, Iovis filio, & Minois ac Rhadamanthi fratre: & ab eo Milerum appellatum fuisse ab altera eiusdem nominis urbe, quam in Creta reliquerat. Verbum hanc praestantissimae lanx proventus nobilitavit, ex qua scibat Miletia stragula, quae ob insignem molliem in proverbium cesserunt. Martialis lib. 1. Nec Miletus erat vestire digna tuo. Et Virgil. lib. 3. Georg. quavis Miletia magno Vellera moventur Tyrios incocta colores. Vbi Servius, Miletia vellera id est, lanx pretiosissima. Nam Miletus civitas est Asiae, ubi nunguntur lanx optima. Idem 4. Georg. Miletia vellera Nymphae Carpebant, hylali saturo fucata colore. Cicero Verrem. Nam quid a Miletis lanx publice abstulerit. Eadem est Anatholia nominata, ab Anathe quodam, Caeli & Terrae filio. Fuit autem haec urbs colonis a se conditis in primis secunda, quae octoginta & amplius urbium per omnia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitus Branchidarum appellatum, postea Apollinis Didymae. Ex Miletio ortum traxerunt viri memoratu digni, Thales unus ex septem sapientibus, qui primus Physiologiae, ac Mathematicae auctor inter Graecos est habitus: & Anaximander eius discipulus. Item huius discipulus Anaximenes, & Hecataeus, qui scripsit historiam: & Aeschyne orator, non ille, qui cum Demosthene contendit sed alius qui sibi sumpta nimia in Pompejum licentia, in exilium missus est. Hinc & Timotheum musicum ortum ferunt, & Pitagoram philosophum. Alia fuit eiusdem nominis urbs in Creta, teste Homero lib. 2. Iliados.

Milesi, *μυλησι*, Populi a Miletio urbe dicti sunt, qui quum plus potentes essent & opulenti, delictis deinde additi, & operi, & potentiam amiserunt. Hinc Milesius sermo dicitur volucrius a Miletio cum Moribus lascivis. Apuleius in Alino ait: At ego tibi sermone isto Milesio varias fabellas conferam, auresque tuas benevolae lepido suscitro permulceam. Vult & Milesia